



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,  
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

**Regnault, Valère**

**Mogvntiæ, 1617**

Cap. 10. De mutuo secundum se,

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78332](#)

- jure, is qui alicui negotio prepositus est ab alio: Itiū modi sunt, tabernarij quibus domini vtuntur in vendendis, aut emēndis vino, aut frumento, aut panno, aliis ve mērcib: sunt etiam illi quibus dantur uestes circūferenda: Itemq: mulionum seu rhedatorum, aut nautarum praefecti, per quos ditiores mercatores, suas negotiations exequuntur. Tenendum est vero in hac re de Institore, cura quo pre-ficitur in suis negotiis, tantum obligari ex contractibus quos celebraverit in negotiis illis, quibus sicut praeponitus & secundum conditions illis adiunctas ab eo qui i-psum praefecit. Cui obligationi locum esse, etiam si in iure fuerit contractus post revocationem eiusdem Institutoris; nisi ea sic publice proposita sit, vt nemo queat se excusare de illius ignorantia. Ita habetur ex lege Sed eti pupillus, ff. De institutora actione, §. Proscribere, vbi statutus eiul-modi revocationem proponendam esse palam, claris li-toris, vnde possit de plano recte legi: ante tabernam scilicet, velante locum, in quo negotiorum exerceretur: nō qui-dem loco remoto, sed evidenter, atq: literis ibidē vistatis, ne quis caufari possit carum ignorantiā, aut se ob-servasse, quod publice possum erat, & passim legebatur.
- De PROGRATORE notandum est. Primo, dici-  
eūm qui aliena negotia mandatō domini administrat; at-  
que ex contractibus ipsiū celebratis, obligare illum  
a quo est constitutus; nisi quod ultra ei datum generale  
mandatum, interdum speciale requiratur: vt in matrimo-nio, ex Cap. vlt. de Procuratoribus, in 6. neq; talem obli-gationem impediti Procuratoris revocatione (etiam si de se vim habent redendi iritum, quod gestum fuerit, iuxta Cap. Ex parte Dexani, Derefcripti) nisi ea intimata fit illi: ac etiam aliis quorum interfuerit: deducitur ex Cap. Mandato, De Procuratoribus. Ad quod faciunt eriam, lex Si man-dassem, & lex Inter causas ff. Mandato.
- Notandum est secundo. Si Dominus qui Procurato-rem sibi constituit, moriatur; gesta per hunc post illius mortem, quantūm eam ignorari; non valere. Etenim regula generalis: Quod mandatum te integrum, solvatur morte mandantis; ex lege Mandatum, Cod. Mandati. Quā alii ciratis Thom. Sanchez de matrimon. lib. i. disp. 6. n. 9. bene monet pati exceptionem, cum mandatum fuerit ad plias causas: vt si quis alicui mandaret certam eleemosynā largiri: atq: re adhuc integra mandans decederet. Fauore enim causa pia, mandatum non conferetur expirare obitu mandantis; ideoq; eleemosyna esset largienda. In confirmatione argumēto à pati adfert lex Sipater, in prin-cipio, ff. De manumissis vindicta: ex qua habetur, fauore libertatis, mandatum non expirare mandantis morte.
- Videretur dictis addendum aliquid de iis qui crimen admiserūt propter quod lex ipsorum bona addicit fisco: ac de iis qui non sunt solvendo. Sed de illis sufficer nobis poslunt habita in precedente lib. 13. n. 289. De his vero, habita in lib. 10. cap. 17. num. 238. & aliquor sequentibus, & in sequenti cap. 18. num. 251.
- TRACTATUS II.**
- De mutuo.*
- VIA** vñstā primaria sedes est mutuum, sit vt iidē auctores qui de illa agunt, partiter agant, de eo. Aliquot retulimus in preced. lib. 23. sub initium quarti capituli; In iure ciuili habetur de eo ita: Cod. De rebus creditis. Ipsum autem considerabimmo primo, secundum se, deinde, in ordine ad vñstā, ac postremo, in ordine ad causas, lucrum in eo factū ex-culantes ab vñstā macula.
- CAPUT X.**
- De mutuo secundum se.*
- S U M M A R I U M.**
- 164 Varias mutui acceptio.
- 165 Definitio mutui cum explicacione singularium partium.

- 166 Differentia mutui a ceteris contractibus ex diversitate ma-  
terie.
- 167 Aliā differentia ex diueitate effectus.
- 168 Divisio mutui in expressum & tacitum, seu palliatum.
- 169 Aliā divisione eiusdem.
- 170 Ut mutuum sit licitum, quā illud dare, de quā dari, & cui  
dari debet.
- 171 Cur item, & quomodo, quando, ac quo ordine, & ubi dari  
debet.
- 172 Questio, an mutuum dare, sit in precepto.
- 173 Verba Christi Luca 6. Mutuum date; continere preceptum:  
& quando id ipsum obigit.
- 174 Obligationes que ex parte mutuantis oriuntur ex mutuo, &  
aliæ que ex parte mutuatarum.
- 175 De actione que oritur ex mutuo: cui & quando competat.
- 176 Privilegia in firmāta obligacionē & actionem ex mu-  
tuo.
- 177 Quoniam accipendum sit priuilegium non solvere di mu-  
tuū.
- 178 Quatenus Ecclesia velinitas teneatur solvere mutuum suo  
nomine acceptum.
- 179 Si pecunia vel creuerit editio Principis, mutuatam esse re-  
stituendam secundum illum, quem habet tempore solu-  
tionis.
- 180 Quoniam mutuum sit mutuo dare pecuniam restituto, quam  
soluat in frumento.
- 181 Non est mutuum, dare vnam ovem, aut aliam eiusmodi rem  
vi postea similem & equal. in recipi, nec dare pecuniam,  
vt eandem numerο recipi.
- 182 Cum crevit mensura vni, tritici, & aliorum similiū, mu-  
tuum de eis factū, restituendum est in mensura, in qua  
fuit datum.
- 183 Si mutuum datum in vno, tritico, aut alia eiusmodi re, re-  
stituatur in pecunia; secundum cuius temporis, aut loci  
estimationem facienda sit restitutio.
- 184 Opposite sententie de dubio, in qua mensura, pondere, &  
numero debeat mutuum restituī, quando precium mutuū  
est.
- 185 Quid ea de re tenendum sit.
- 186 Luctum est vnum, aliquam eiusmodi rem quo tempore  
carior est, mutuo dare, restituendam in equivalenti va-  
lore.
- 187 Quatenus licet, aut non licet, dato mutuo veteri frumen-  
to aīe euīsmodi, pacificare restitutur nouum.
- 188 Quid sit tenendum de mutatione pecuniae, cuius valor pro-  
babiliter creditur minuendus Principis, aut Reipublice  
statuto.

**M**TVVM dupliciter sumitur, uno modo generali-  
ter, vt cum de commutatione dicitur in lib. 4. Regum cap. 4. illis verbis, Vade, pete mutuo, id est, com-  
modato, ab omnibus vicinis tuis vasa non pauca; vt & il-  
lis, in sequent. cap. 6. Et hoc ipsum mutuo, id est, commo-  
dato acceparam. Altero modo sumitur propri, prout dis-  
tinguitur a commutatione, & ab omnibus aliis contra-  
ctibus: sive adhuc dupliciter; vno modo, pro actione  
mutuandi, altero modo, pro obiecto eiusdem actionis,  
seu pro te, quæ apta est mutuo daci, vel quæ mutuo da-  
tur; vt pecunia, vnum, frumentum, & alia eiusmodi res  
quæ dicuntur vñs consumptibes, in hoc a ceteris diffe-  
rentes, quod vñs earum non distinguatur ab ipsarum  
consumptione, ceterarum vero distinguatur.

Ex qua differentia tres alia sequuntur. Prima est; vt  
his posterioribus vñs possumus, ipsi non consumptis: vt  
pater ex vñ agri, equi, domus, & aliarū similiū rerum:  
non possumus vero illis prioribus, vt pater ex vñ vini, o-  
lei, tritici, & aliarum huiusmodi, ac etiam pecuniae, cuius  
consumptio consistit in alienatione: itaut ipsam consu-  
mi vñs, sit illius dominum transferri in alium. Secunda dif-  
ferentia, vt posteriorum vñs possit transferri in alium  
sine dominij translatione: qui enim alicui dat equum v-  
tendum, non facit illum eo ipso equi dominum: priorū  
vero vñs nequeat transferri in alium, quia simul transfe-  
ratur earum dominium: itaut quicunque alicui vñgū  
dat vtendum, eundum faciat vñi dominum. Tertia dif-  
ferentia est, quod vñs rerum prioris modi, nullam habeat

æstimationem, neque veniat in contractum sine substantia earundem: vius vero ceterorum rerum, aliquid per se valeat ab ipso summa substantia, ita ut illa sine hac in contractum venire possit: vt patet in locatione equi, domus & simili. Ceterum, hic de muro differimus, prout est actio quædam, & contractus a ceteris distinctus, qui ex parte dantis quidem, liber gratuitus est: sed ex parte recipientis est obligatorius: inducit enim obligationem tantum reddendi, quantum est acceptum. De eo autem, secundum se dicendum est, 1. quid sit, 2. quoniam sit, 3. num sit in precepto, 4. quoniam obligatio & actio ex eo oriatur, postremo, quid respondentum sit ad quædam dubia quæ de eo mouentur.

## QUESTIO I.

Quid sit Mutuum.

**D**EFINIRI potest Mutuum (congruentiis que de illo) habentur sub initio rituli, quibus modis re contrahatur obligatio. In isto & in lege 1. ff. De actionib. & obligationib. §. 2. & in principio legis Mutuum sive De reb. creditu. contractus, quo rem nostram in numero, vel pondere, vel mensura consistente, damus alteri, vt reddat nobis post lapsum temporis aliam eiusdem generis. Cuius definitionis prima pars, contractus, indicat, ad quod rerum genus Mutuum pertinet. Secunda, quo rem nostram, indicat, quod dans mutuo, debet esse dominus eius quod dat: aut certe vice dominii illud dare, tanquam seruus, aut filius, aut Procurator, aut administrator, aut tutor, aut curator, iuxta citram legem Mutuum, §. penult. Tertia pars, in numero, vel pondere vel mensura consistente, distinguunt mutuum a ceteris contractibus, qui versantur in aliis rebus.

Pro illis autem intelligentia adverte, quod iam ante insinuavimus, duo esse rerum genera: unum carum quarum vius est consumptio ipsarum, tales que dicuntur consistere, vel in numero, vt numismata, poma, pira, & similes, vel in pondere, vt panis, caro, aromata, & aliae que ponderari solent: vel deniq; in mensura, vt vinum, oleum, grana, & aliae id genus, sive liquidæ, sive arida. In quibus omnibus mutui natura versatur. Alias vero res est, quarum vius non est consumptio carum, etiam si ad hanc tandem disponat, prout coatingit in ædibus, vestibus, equis, & aliis eiusmodi reb. quae viu quoq; substantiam attenuantur vel redditur debiliores, aut deteriores, in quibus mutuum non versatur regulariter, sed commodatum, vel alias contractus. Dico regulariter, quia iuxta legem Rogasti, ff. De reb. creditu. tales res possunt tenere locum pecuniarum, vt cum quis non habens pecunias, mutuo petenti, aures dat vestem tantum vel valentem, ex qua illos sibi comparat: quod est vestem non commodato, sed mutuo dare, cum non detur ad vium vestis, hoc est, ad induendum, sed ad vium pecuniarum, id est, ad distrahemendum illam. Sicut ex aduerso, si pecunia, & aurei nummi, vel frumentum, aut vinum dentur alteri, non ut ea consumat, sed alia de causa: puta ad offensionem, vel in pignorationem aut ad sanitatem, vt cum dantur alicui aurei nummi, vt eos manus tradet, ponat in usculo: & vina, aut grana traduntur reconducta in domo, vt ea sit salubrior: talis traditio non habet rationem mutui, sed commodati, si gratis fiat, vel locationis, si fiat pretio & mercede.

Quarta pars, datus alteri, significat quod res permutuum transferat reuera in dominum mutuatarij: separaque mutuum a pignore, deposito, hypotheca, commodato, & locato, in quibus dominium non transit in alium. Fudatur vero haec pars in eo, quod res, quæ mutuo datur, sit viu consumptibilis, in qua dominium ab viu separari non potest, & ideo non potest viu illius per mutuum concedi, nisi concedatur ei dominium. Id quod indicatur per illud quod habetur in memorata lege Mutuum, §. 2. appellatam esse mutui dationem ab eo, quod de meo mutuum fiat. Cuius sensus est, per mutuum rem ita fieri mutuarum, vt sua sit, ac possit ea vt tanquam propria.

Quinta pars, vi non bisreddat, ponitur ad distinctionem donationis, qua dominium rei transfertur in alterum liberaliter, & sine obligatione illam restituendi.

Sexta pars, post temporis lapsum, additur, ad distinctionem

nem cambij, in quo pro re data, statim restitutur alia, vt pro auro nummo, nummi argentei: ad distinctionem item permutationis, in qua si equus detur pro bove, ille qui equum accipit, tenet statim, non autem post temporis lapsum, bovem reddere.

Vtima pars, aliam eiusdem generis, indicat distinctionem mutui à commodato, & locato, in quibus redditur idem specie, non autem genere tantum, quod fieri nequit in mutuo: vt pote consistente in rebus, quarum vius est consumptio ipsarum: ac quae non possunt consumptio restituiri eadem specie, sed tandem eadem genere; nimis pecunia pro pecunia, vinum pro vino, frumentum pro frumento & sic de ceteris. Hinc initio eiusdem memoriae legis Mutuum, dicitur Mutuum datum recepturi, non eamdem speciem quam dedimus, alioqui commodatum erit aut depositum, sed idem genus. Vbi adiutori iurisconsulto vocare idem specie, quod Philosophi, & cum eis Theologi vocant idem numero, seu in individuo, & vocate idem genere, quod Theologi & Philosophi vocant idem specie. Vtique autem volunt significare, in mutuo non esse restitutandam eam ipsam rem quae accepta est, vt sit in commodato, & deposito, aut locato, sed aliam illi parem in substantia, intrinsecaque qualitate seu bonitate, actantem in numero, pondere vel mensura: hoc est, pecuniam æque bonam, frumentum & que bonum, &c. in ea quantitate in qua acceptum fuit. A que hinc est, quod res quæ sub mutuum cadunt, suntque viu consumptibiles, dicuntur functiones recipere, vt sensus sit, quod alie omni modo similes possint eis substitui, tanquam functiones sufficienter vice ipsarum.

## QUESTIO II.

Quoniam sit Mutuum.

**M**Ultifariam diuiditur mutuum. Primo quidem, ex parte modi quo datur, in expressum, & tacitum. Illud est, in quo aperte seruantur que ad illius naturam & rationem spectant, iuxta definitionem ante expositam: hoc vero, in quo eadem quasi velantur. Vnde dicitur mutuum palliatum: quia si formam externam, & verba contrahentium species, mutuum non est, sed alius contractus: si vero species formam latentem, & mentem contrahentem, est utrum, aut saltum, præsumptum mutuum: vt cum quis rem aliquam pluris, quam soleat carissime vendi; ideo vendit, quod non ante aliquot menses habitus nesciit solutionem. Talis enim rem ipsam, quam dedit loco pecunia mutuanda, præsumitur eo fine dedisse, vt præmium acciperet loco sortis; id vero quod in excessuum est, exigere loco actuari: prout est causus in cap. In ciuitate, de viuis.

Diuiditur 2. mutuum ex parterei, quæ mutuo datur: quod iuxta traditionem præcepit. aliud si rei consistentis in numero, aliud rei consistentis in pondere, & aliud consistentis in mensura.

Diuiditur 3. ex parte temporis; quod vel detur ad tempus definitum, vt v. g. v. f. ad Calendas Augusti, vel detur ad tempus indefinitum, vt ad d. em. mei obitus, vel donec veneris ad pinguiorem fortunam. Eodemque pertinet; quod aliud ab initio robur suum obtineat, aliud revera pendaat ex futuro eventu, vt si tibi dem aliquor numeros sub certa conditione, quæ si euenerit, tuis sint, fin minus, si mihi pro illis obligatus ex mutuo: vt est causus in lege Proinde, ff. De reb. cred.

Diuiditur 4. parte personarum, quod vel detur in gratiam, & bonum tantum mutuotoris, vt cum quis non indigentem mutuo dat suas pecunias, ad vitandas occasiones male perdendis eas: vel in bonum tantum mutuatarij, vt cum diues mutuat pauperi, ad subleuanam ipsius necessitatem: vel de munere in bonum virtutisque, vt cum vellem habeo venalem, ac tibi à me petenti mutuum, tradocam vendendam pro pecunia quam postulas: vt in lege Rogasti, ff. De reb. cred. Diuiditur denique ex parte circumstantiarum in licitum, & illicitum: quorum istud est, in quo seruantur omnes debitæ circumstantiaz; hoc vero in quo non seruantur.

170. DEBITA autem circumstantiae sunt, quae indicantur his vocibus, quis, quid, cui, cur, quomodo, quando, quo ordine, quae loco. Primam igitur, hoc est, Quid, mutuum requirit: quia non debet is, qui pro se, & suis eget, dare mutuum quandoquidem ordinata charitas incipit a se ipso: sed mutuans debet habere superfluum, vel natura, vel status: quod est habere ultra id, quod ei necessarium est ad suum, & suorum vitam sustentandam, vel ad decentis status sui conseruationem. Excipitur tamen casus extremus, aut gravis necessitatis, in quo subueniendum est proximo, si non cum pari sua necessitate, certe cum aliqua sua incommunem doctrinam de elemosyna.

Secundam circumstantiam, hoc est, Quid, mutuum requirit: quia nemo potest licite alienum, aut inique acquisitum, vel retentum mutuo dare, saltem in iure domino: cuius rem contrectare contra voluntatem ipsius, peccatum est, & maximus in mutuo, in quo res aliena contrectatur a duobus. Præterea non debet quis mutuo dare quod fuerit omnino necessarium vita sua, vel suorum.

Tertiam, hoc est, Cui, mutuum requirit; quia non est cuius dandum mutuo, sed indigenti, quia mutuare non indigent, vitiosum esset, maxime si tu ipse, vel tui egeant. Deinde, non est mutuo dandum illi, quem scis abusurum re mutuata: quia id esset concurrere ad peccatum alienum. Et quidem indigenti dandum est mutuo, siue si fidelis, siue infidelis, siue Catholicus, aut excommunicatus, siue amicus, siue inimicus, siue bonus, siue malus, siue iustus, siue iniustus, siue peccator, siue sanctus. Nam haec personarum conditiones non redditur de se illigatim mutationem, quia tales per eas non desinunt esse proximi nostri, quibus necessitate, preterim extrema, laborantibus subveniendum est: ita infidele pessimo extrema necessitate, potius quam fidelis communis tantum necessitate laborant, sit mutuandum, & ita de aliis conditionibus. Si vero tam fidelis, quam infidelis in pari necessitate constituerentur, illi potius, quam huic ceteris paribus esset mutuandum: quandoquidem magis coniunctus minus cōiunctis regulariter præferendis sunt. Dico autem regulariter, quia possunt occurtere circumstantiae, ob quas prudentia distinguit secus faciendum esse, ut si magis cōiunctus certo sciat abusurus mutuo: aut si in pari necessitate, cōcurreat infidele cum fidelis in petitione mutui, spes si quod ille conuertetur ad fidem si mutuum ei detur: aut cum velifidem suscipere, verendum sit, ne si pertinet mutuum denegetur, mutet animū, tunc enim quantumcumq; non minor sit fidelis necessitas, quam infidelis, hic tamen præferendus est, propter ipsius salutem spiritalem, quæ alterius necessitatis corporali anteponenda est.

Quartam conditionem, cur, seu, ob quem finem, mutuum quoque requirit, quia ipsum dandum est ob honestum finem si enim mutuo addatur malus finis, vitiosum erit: aquo si detur ad faciendum ex eo lucrum, vñfura committetur.

Quintam conditionem, id est, quomodo, seu certum modum, adhuc mutuum requirit: quia modus præstat formam actionis. Modus autem requisitus in mutui largitione, idem proorsus est, qui requiritur in elemosyna eroganda, consistens in his. Primo, debet fieri misericorditer, id est, ex affectu compassionis. Secundo, benigne & affabiliter, hoc est, siueibus verbis. Tertio, sufficienter, seu quantum sufficit ad sublevandam proximi necessitatem. Quartio, humiliter. Quinto, hilariter. Sexto, discrete. Non enim ita mutuandum est aliis, ut ipsi mutuans, vel sui coniiciantur in eandem necessitatem, vel maiorem. Septimo, celeriter. Octavo, pie. Nono, facile, & non morose. Decimo, ordinare: ita nimis, ut prius det magis indigentibus, quam mihi, & prius prouideat sibi, atque suis, & coniunctis, quam externis.

Sextam conditionem, hoc est, quando, seu quo tempore, mutuum requirit: quia non est omni tempore mutuandum, ut cum mutuarii abusurus esset mutuo, vel mutuator haberet suos & equali aut maiori necessitate oppressos; quibus aliud subvenire non posset. Quanquam laudabile esse potest, suorum necessitati præferre necessitatem personæ publicæ, valde necessitatem, aut vii Reip.

vel Ecclesie. Adhac habenda est aliquid ratio temporis opportuni.

Septimam conditionem, quo ordine, mutuum requirit quia iuxta predicta, ordo pertinet ad modum in ipso mutuo requisitum. Octo autem consideranda sunt in servatotali ordine. Primum est, qualitas, seu conditio personæ: nam ceteris paribus mutuum dandum est potius magis agentibus, quam minus agentibus & potius iustis, quam peccatoribus. Secundum est, locus, potius enim mutuandum est in iis qui detinentur captiui ab hostib; quam alii qui sunt liberi; etiam in æquali necessitate: quia illi possunt sibi consulere, & suas necessitates indicare. Tertium est, causa melior: sic enim iusto, qui grauiter vexatur in carcere, ob iustum debitum, potius est subveniendum, quam peccatori. Quartum, debilitas, seu infirmitas: nam ceteris paribus magis est subveniendum infirmis, vel claudis, cæcis, valeritudinis, & huiusmodi alis, quam fatis & robustioribus. Quintum, nobilitas: nam magis subveniendum est per mutuum nobilibus modestis & verendis pauperibus, qui non audent indicare suas necessitates, aut petere mutuum, quam communibus pauperib; Sextum, artas: nam ceteris parib; subveniendum est potius senibus, & fractis viribus, quam iunioribus & robustioribus, qui proprio labore possunt vitam tolerare. Septimum coniunctio, seu vinculum quo sumus colligati. Magis coniunctus enim, seu sanguine, seu aliquo alio vinculo, subveniendum est per mutuum, quam aliis, iuxta ante dicta, ut parentibus, quam alienis, conciubib; quam exteris, fidelib; quam infidelibus, &c. Octauum modus, de quo paulo ante dictum est.

Potremus conditionem, hoc est, ubi, mutuum requirit, hoc saltem nomine, quod in altari, vel in alio loco sacro pecuniam mutuarii numerare non decet. Haec sunt conditiones ad mutationem literam requisita; quibus ut meritorum sit æternæ salutis, addenda est una: nimis, ut fiat ex charitate Christiana.

### Q V A E S T I O III.

An mutuum dare sit in precepto.

OCASIONEM de hac disputandi præbuerunt illa 172. verba Christi Luc. 6. Mutuum date: quæ vtrum continet præceptum, an habeant tantum vim consilij, difficultas est. Atque Molanus in tractatu contra Cœcum, & vñfuram, quæst. 1. num. vñdecimo, putat continere tantum consilium, ideoque vñfuram non esse prohibitas. Quidam etiam, hoc est Caballici, quantumcumque maxime damnum vñfuram ut illicitas, non putant tamen eas prohibitas esse illis Christi verbis, tanquam cōtinentibus solummodo consilium, non autem præceptum. De his est Sotus lib. 5. De iust. & iure q̄ est. 1. art. primo in 3. ratione pro prima conclusione. Sed tenendum est cum Diu Antonino 2. parte tit. 1. cap. 7. §. 2. in fine, & Conrado De contractibus, quæst. 19. conclus. 2. Nauart. in Enchir. cap. 17. num. 207. Couar. in lib. 3. variarum resolutionum, cap. 1. nu. 3. & vñfuram esse illicitas ( quod anobis in precep. lib. 23. capite quinto ostensum est ) & dicta verba rationem præcepti habere.

Id quod confirmatur, quia ibidem illud generale præceptum præmititur, Prout vultis vt vobis faciant homines & vos facite illis: atque particularia aliquot præcepta, tanquam ex eodem generali deducta, subiunguntur: atque inter cetera, danum esse mutuo nihil inde perando, vt & diligendos esse inimicos: non esse temere iudicandum. Accedit quod eadem præcepta que habentur Luc. 6. habeantur etiam Match. 5. & 6. vbi Christus se præcepta dare satis indicavit, cum exorsus est: Nisi abundaverit iustitia vñfira plus quam Scribarum & Pharisæorum non intrabit in regnum cœlorum. Adhac in cap. Quia in omnib; & in Cap. Super eo. De vñfuris habetur quod vñfurum crimen, vñfiraque Testamento pagina detestatur. At locus in eam sententiam ex novo Testamento accommodatior vix afferriri potest, quam is, de quo agimus. Nec dici potest cum Soto, haberi præceptum. Non furtum facies: quia cum id præceptum sit legis natura, ac tam vere-

ris, quam noui Testamenti, Pontifex dixisset potius, vsuram prohiberi lege naturali, & diuina, quam vtriusque Testamenti pagina. Sed quidquid de eo sit, ex cap. Consulto, De usuris, & ex Concil. Lateranensi sub Leone X. scilicet in primo decreto, quod est de monib. pietatis, habetur expresse, dictis verbis prohibita esse usura. Accedit quod si verba illa Christi Lue. vnde decimo, Quod superest, dare elemosynam censeatur continere praeceptum de elemosynam, per quam sine retributione subveniatur necessitati proximi: pari ac etiam maiori ratione censeri debeant illa [Mutuum date] continere praeceptum mutuandi, seu proximi necessitatem subveniendi, expectata retributio ne, seu restituzione ad qualitatem eius quod datum fuerit mutuo.

Veruntamen quia istiusmodi precepta sunt affirmativa, id est obligatio eorum non est pro omni, sed tantum pro aliquo tempore, si ut pro circumstantiarum varietate, mutuum dare sit aliquando consilij tantum; & aliquid quando praecepti: sicut & dare elemosynam. Ad quod diuidendum considerandi sunt tres gradus. Primus est, quando proximus petens mutuo, non egit magnopere, & ille a quo petet, nequit mutuo dare sine suo in commode. In quo casu consilium tantum est, non autem praeceptum, sic dare mutuo, ut debeat quis esse contentus receptione primaria sorti. Namque tunc licet mutuari aliquipd ultra fortem ex exigere ratione interesse, seu incommode, quam patitur ex mutuo. Secundus gradus est, quando proximus petens mutuum, est in necessitate, non tamen graui, & ille a quo petet, potest dare illud sine suo in commode: in eoque casu mutuum dare, praeceptum est charitatis, exigentis vniuersitatem, ut bonum proximi eligatur, quando ipsum non obedit nostro proprio. Ad quod facit illud 1. Io. an. 3. Qui habuerit substantiam huius mundi, & videat fratrem suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei in eo manet? Quanquam tale peccatum non videtur censendum mortale, nisi proximus graue detrimentum ex copartitur, aut est constitutus sit in graui, vel in extrema necessitate. Quia de latius Conradus in citara quæst. 19. Tertius gradus est, quando is a quo mutuum petitur, non solum proximo necessitate patienti non subvenit ex charitate, cum possit sine suo in commode: sed etiam lucrum ab eodem inuito extorquet, quod peccatum est non tantum contra charitatem, sed etiam contra iustitiam, capiendo alienum nullo iure sibi debitum: atque adeo usuram committendo.

## Quæstio IV.

## Quemam obligatio &amp; actio oriatur ex mutuo.

174. Ex parte mutuantur tres obligationes oriuntur ex mutuo. Prima est, qua mutuans tenetur ad resarcendum damnum securum, si sciens mutuauerit rem vitiosam. Secunda est, qua mutuans non potest iure mutuum repetente ante illius consumptionem. Ea enim est natura mutui, ut detur & accipiatur ad subveniendum alterius indigentia. Quanquam si solutionem mutui non esset praefixa terminus, posset statim repeti superueniente causa iusta, quæ ad id cogat: prout attigit Molina de iust. & iure tra. 2. dis. 259. §. Quando solutione: vt si accideret casus in quo mutuator necessitate premereatur ac mutuantur. Sibi enim prius, quam alteri potest consulere, iuxta illud: Charitas incipit a seipso. Tertia obligatio est, qua ex communis Doctori sententia, teste Petro a Naray. lib. 3. de reb. cap. 2. nu. 252. mutuantur tenetur reliquere mutuarium liberum, ut mutuum reddat quam prima voluerit: obligare enim ipsum, ut rem, quæ modo parvo pretio venit, non reddit nisi tempore, quo pluris elimabitur, manifestam continent in iustitiam; tam quia sic facit illum tantummodo rei sua custodem, quam quia cogit ipsum, ut non nisi cum lumentu possit eam restituere.

Ex parte mutuantur vero oriuntur ex mutuo quartus obligationes. Prima est, qua tenetur tempore constituto, seu intra terminum praefixum restituere mutuum; si quod non faciat, tenetur ad omnia damna quæ moram sequuta fuerint, mutuantur: itemque ad id, quod ipse forte insumperit in repetitione talis debiti. Ratio est, quia pertalem iniu-

stam dilationem, causa est mutuanti talium damnorum, quæ proinde in conscientia tenetur resarcire, nulla excepta Iudicis sententia, vt Molina habet in precedentibus paragrapho citatus a iusto legib. q. u. l. b. Secunda obligatio est, qua tenetur restituere rem eiusdem generis; nempe tritum pro tritico, panem pro pane, pecuniam pro pecunia, ex lege Mutuum, ff. De reb. cred. Vnde ex glossa ibid. si mutuo accepti pecuniam, non possum reddere frumentum: neccitra reddere pecuniam, si mutuo acceptum: frumentum: nisi in id mutuator consentiat. Quanquam mutuantur in casu quo frumentum non haberet, nec emere posset, censendum est quod forum conscientia, satisfacere reddendo pecuniam aequivalentem. Tertia est, qua tenetur mutuum reddere in re qua in substantia, quantitate, & qualitate sit aquæ bona, ac fuit res mutuata; ex lege Cum quid, ff. De reb. cred. vbi aducere eum qui mutuo accepit pecuniam auream vel argenteam, posse pactum ponere, ut mutuum sibi reddatur in eadem pecunia, habente aliqua commoda, quæ mutuans non tenetur remittere; sicut ænea, & minutæ pecunia habet incommoda, à quibus idem potest sibi cauere: non tamen pacifici cum æneam, & minutam mutuo dat, ut sibi pro ea reddatur aurea, vel argentea: quia esset pactum de reddendo mutuo in re meliori, & commodiori, quod est non pretio estimabile; ex quo pactum redderetur, usurarium. Quarta mutuantur obligatio est, qua tenetur mutuum reddere, quantumcumque res mutuata perierit casu fortuito. Nam cum dominium rei per mutuum transferit in ipsum, omne eiusdem rei periculum pertinet ad ipsum.

A C T I O . Oriens ex mutuo est, qua repetimus quod mutuo damus. diciturq; in iure condicione certi, quando in iudicio certum quid perimus: ita ut appareat quid, quantum, & quale sit id, quod nobis debetur; ex lege Certum est, ff. De reb. cred. vt si quis petat ro. amphoras vini Rhodij optimi. Ad intelligentum autem cui, & quando talis actio competat, Iuris periti duplex mutuum distinguunt, vnum naturale, cum tribi numero re ipsa pecuniam meam, vel aliam rem tibi do mutuo in pondere, vel mensure, consistentem: alterum vero civile, quod iurius civilis fictione actionem dat ei, qui reuera non dedit mutuo, ut sit in sequenti casibus.

Primum est, cum filius familias pecuniam quam acquisivit patri, mutuo dedit alii: talis enim mutuantur obligatur patri ratione mutui, et si pater nihil mutuo dederit. Secundus est, cum quis apud alium 10 o. nummos aureos depositus, & postea permisit ut de depositario ut vteretur: tunc enim ius civile fingit numerationem mutui per celsisse, licet non præcesserit; datq; creditori actionem mutui in debitorem; lege Certi condicione, §. fin. De reb. creditis. Tertius est, cum res aliqua non consistens in numero, pondere, vel mensura, ut vellit datur alii ut vteretur pretio, quo estimatur: tunc enim licet mutuum non sit reuera, iuris tamen ciuilis fictione pro tali habetur, iuxta legem Si pro mutua pecunia. Cod. si certum petatur. Quartus est, cum mutuum datur alii, qui est in potestate alterius, ut filios familias, aut seruos. Iuris enim ciuilis fictione censetur datum esse ei in cuius est potestate; si ex eius iussu, aut voluntate datum sit, ut in rem, aut utilitatem ipsius verum fuerit. Et per consequens in ipsum, ut in debitorem, acquiritur actio. Quintus ex lege Singulare. ff. De reb. creditis, cum potenti mutuum ame, iubeo debitorum dare illi pecuniam mihi debitam, aut ipsi debitori pecuniam quam ex alia causa, ut ex vendito, vel locato mihi debet, permitto ut habeat titulum meu, tunc enim actio mutui datur, etiā non præcesserit pecuniae numerario. Sextus est, ex lege Si furioso, & ex lege, Nam & si fur, ff. De reb. cred. cum a furioso, vel ab alio qui alienare potuit, ut à fure, pecuniam quis accepit, et si enim ea dum consumpta non est, non fiat accipientis, sicut sit in mutuo, postquam tamen illam consumpsit, iudicatur quasi mutuo accepisse: ideoque actio mutui in eum datur.

CATE-

176. CETERVM tam obligationi, quam actioni ex mutuo obseruantem eam infirmando; tum priuilegium Ecclesie; aliorumq; locorum pitorum, ut *hostitium*, quo per Authenticaem, Hoc iuri porrectum, De sacrofancis Ecclesie (relata in decima quæst. 2. sub initium cap. 2.) non tenetur soluere mutuum acceptum, nisi mutuans proberet, illud fuisse conuersum in ipsorum utilitatem. Tum aliud simile priuilegium, quo idem conceditur Ciuitati aut oppido per legem Ciuitatis, scilicet certum petatur. Tum etiam aliud non absumile minorum, rursum aut curatorem habentium: quo sidem tutor, aut curator aliquid nomine ipsorum mutuo accipiat, non tenetur soluere illud, nisi creditor probet conuersum fuisse in eorum utilitatem. Id quod colligitur ex lege 3. Cod. Quando ex facto tutoris; & à Doctoribus communiter teneatur, ut nota Molina de iust. & iure tractat. 2. disput. 300. sub finem.

177. CIRCA quia priuilegia, tanquam habentia locum in conscientia, notare oportet primo, in utilitatem sive Ecclesie, sive Ciuitatis, sive minoris in te proposita dici insumpsum, cum tantumdem de rebus illius insumi debuissent, nisi tale mutuum in insumpsum esset. Ita habetur exlege in pupilo, scilicet De solutionib. Et ratio est, quia in eo invenitur locupletior, quandoquidem de suo haberet adhuc, quod alioqui non haberet. Secundo eiusmodi priuilegium non liberatur ab obligatione solvendi, si mutuum rationaliter in insumpsum sit in eo, quod prudenter iudicabatur cedere in mutuarij utilitatibus: sed ex aliqua inopinata circumstantia, aut fortuito eventu, non cessit. Hoc probatur à pari, quia iuxta legem. Sed an alio §. Is autem, scilicet De negotiis gestis, administratori bonorum Ecclesie in eventu inopinato, quo resab eo gesta male cesserent, competit actio negotiorum gestorum aduersus Ecclesiam ipsam, ut per soluat sibi, quod prudenter in insumpsum in eadem re. Quare & mutuarij competit pariter actio aduersus eandem, ut soluat sibi mutuum, quod minister ipsius prudenter & accepit, & in insumpsum.

178. Tertio, notare oportet doctrinam quam habet Molina in ciuitate disput. 300. de memorato priuilegio Ecclesie, fieri posse, ut mutuo datum Ecclesie, accepit, vel Praelatus, simul cum Capitulo, vel solus Praelatus, vel aliquis alius administrationi bonorum eiusdem Ecclesie deputatus. Atque si accepit Praelatus simul cum Capitulo & ad solutionem necessaria sit alienatio bono, ut immobilium, aut mobiliis pretiisorum, que seruando seruari possunt, locum habet priuilegium memoratum, ex quo eiusmodi bona non debent a talem solutionem alienari, nisi constet mutuum suscepimus, & eos sumptum fuisse in Ecclesia utilitatibus. Et ratio est, quod talia bona alienari nequeant absque necessitate, manifestave Ecclesie utilitatem, ex Cap. Sine exceptione 12. quæst. 2. Quæ ratio, quia non habet locum in similibus bonis Ciuitatis, sit ut si huius concilium, aliquid mutuio accipiat, mutuans non teneatur probare, ipsum conuersum esse in utilitatem Ciuitatis, Iam haec teneatur illud soluere, etiam cum bonorum suorum immobilium, aut pretiisorum alienatione. Sic ex Bartolo & Panormita, habet ibid. Molina in §. Hec autem.

In sequenti addens; quod si à Praelato simul & Capitulo acceptum mutuo, possit solvi ex redditibus & aliis bonis mobilibus Ecclesie, non esse necessarium, ut mutuatur probet, illud conuersum esse in Ecclesia utilitatem. Ratio est, quia libera talium bonorum administratio competit Praelato & Capitulo. Nec ad eorum alienationem necessarium est, ut fiat ad evidenter Ecclesia utilitatem. Idem iudicium est, si solus Praelatus accepit mutuum, cum & ipse habeat liberam administrationem eorundem bonorum, non minus quam haberet alius ab ipso de consensu Capituli administrator constitutus. De cuius mutuo accepto in sua administratione, obligari Ecclesiam, cuius administrator est, habetur ex Cap. Quod quibusdam, de fidei sufficiens. Quia vero Ciuitatis rector non habet tam liberam bonorum eiusdem mobilium administrationem; sic ut eiusdem Ciuitatis conuentus possit resistere solutio- ni mutui quod accepit, nisi probetur illud conuersum fuisse in communem utilitatem. Pro quo facit lex Ciuitatis, scilicet certum petatur.

Denique cum particularis deputatus Ecclesie administrationi aliquid mutuo accipit nomine eiusdem; illud soluere debet, dummodo ipsum non excedat summam, ipsi deputato ab Ecclesia, id est, à Praelato & Capitulo taxatam, quam debet mutuo accipere: ad cuius summam excellum, nec ad alium quem committeret, si neque esset eidem taxatum, Ecclesia non tenetur, nisi quantum conuersum esset in ipsius utilitatem, ex citato Cap. Quod quibusdam. Vnde creditor incumbet probare, illud quod repetit, esse cum suo excessu conuersum in illius utilitatem.

## QUÆSTIO VLTIMA.

Quid respondendum sit ad quedam dubia q[uo]d de Mutuo mouentur.

179. PRIMVM DVBIVM EST. Ari quando post datum mutuum, estimatio pecunie crevit auctoritate Principis, aut Reip. illud reddendum sit secundum estimacionem quam pecunia habet: tempore solutionis, an secundum eam quā habet tempore mutationis? Ad quod Sotus lib. 5. de iust. & iure quæst. 1. art. 2. ante solutionem argumentorum, responderet: pecuniam esse reddendam secundum estimacionem quam habuit tempore mutationis; quæ eadem est sententia Medinae in Cod. de reb. restit. quæst. vlt. §. Et ita que Angelus vero in verbo solutionis, §. 2. & Sylvestri codem verbo quæst. 2. & in verbo of. 1. quæst. 14. cum aliis, quos ipsi referunt, existimant soluendum esse huiusmodi murum secundum estimationem pecuniae in tempore solutionis.

Quod probabilis est, ut patet, quando pecunia aurea vel argentea mutuata fuerit cum pacto, ut aurea vel argentea restituatur; faciendaq; est restitutio in ære minutæq; pecunia: eo quod mutuarius aliter soluere peccaret: tunc enim dubitari non potest quia in solutio fieri debeat secundum estimationem quam aurea vel argentea habet tempore quo solutio: & mulier magis quando mutuata est pecunia aurea vel argentea cum pacto, ut reddatur minutum secundum estimationem, quam pecunia ipsa aurea vel argentea habebit quo tempore soluetur. Idem vero, cum eiusmodi mutuum pecuniarum fuerit factum simpliciter sine ylo pacto ut plerunque f. l. t. probatur procedere: quia naturalis æquitas postulat, ut ex meo beneficio non patiar detrimentum: sed tam bonum in substantia & internis accidentibus accipiam, quam mutuo dedi: ac proinde cum solutio pecunia aurea vel argentea mutuata, solutio ita fieri debet, ut nihil minus habeam, quam si mutuo non dedissem. A i quod opus est, ut vel similis pecunia mihi restitutur; vel tantumdem alterius, quantum sufficiat ad similem mihi comparandum: quod est tantum restituendi debere, quantum mutuata pecunia in tempore solutionis valeret. De qua re vide ri possunt plura apud Covarruianum in collatione veterum numismatum cap. 7. in fine.

Censuerim autem sententiam Sotii procedere in contractibus aliis à mutuo, & in pecuniaris lege statutis, quando non fuerit explesum, ut soluetur pecunia talis materia, vel formæ: quia in venditione, censi, tributo, & ceteris contractis, vel in lege penal, pecunia attenditur secundum valorem. Quare obligatio est reddendi valorem: quem ea tempore contractus habebat, cum valor ipse attenderetur.

SECUNDVM DVBIVM EST. Ad licitum sit mutuare pecuniam rustico, quam soluat in frumento, vel vino, vel alio quoque fructu terra, secundum communem estimationem, quam habebit tempore solutionis? Ad quod responderetur affirmativè. Nam etsi talis contractus nomine mutui vulgo appelletur, non est tamen reuera mutuū, sed futuri fructus ex proprio anticipata solutio- ne. Namq; rusticus tunc vedit futuram osterram fructus, pre- dictio per anticipationem a cipro, sicut sub nomine mutui; & cum pretium sit iustum, quia relinquunt taxandum secundum estimationem communem futuri temporis; in eo nulla est iniuria. Neque rusticus ad vendendum suos fructus huic, & non alteri, manet obligatus ex mutuo, sed exemptione, soluto pretio per anticipationem.

- Vnde sequitur visitatam in ea re primum non esse de se  
damnam & illicitam.
- 181. TERTIVM DV BIVM EST.** An sit mutuum, si dem  
tibi quinque ques, vel quinque vlnas panni, vt mihi toti-  
dem reddas? Ad quod respondendum est, non esse mu-  
tuum ex natura rei, quia non do tem, qua ipso vsu con-  
fatur; esse vero mutuum ex voluntate contrahentium,  
quia inter eos conuenit, vt perinde ac in mutuo, tot red-  
dantur eiusdem generis, quo accepta fuerint: id quod  
sufficeret potest ad fundandam aliquam visum rationem,  
ex Sylu. v. Iura primo, quest. 13. Quare quoque potest, an sit  
mutuum, si tibi dederim mutuo pecuniam, & tu antequam  
ea veteris, mihi eamdem restituisti: Item, si dederim tibi  
pecuniam, vt tuo creditori eam dares pignori, vel certe v-  
teris ea, ad ostentationem & pompam? Ad quod prius  
responderetur, tunc esse verum mutuum, quia solum ex acci-  
denti factum est, vt pecunia eadem numero mihi resti-  
tueretur: cum ex vi contractus per me tecum initio, non  
eamdem, sed aliam similem reddere obligatus es. Ad  
posteriori vero non esse tunc mutuum, sed commoda-  
tum, nam licet data sit pecunia: tamen ex vi contractus  
quo data est & accepta obligatio fuit restituendi eamdem  
numero, prout fit in commodato.
- 182. QUARTVM DV BIVM EST.** An si mutuo tibi dede-  
rim 10. cados vini, vel 10. modios tritici; & postea Principis  
vel R. et pub. autoritate, eiusmodi mensuræ sunt factæ  
minores, teneatis restituere secundum mensuram priorem,  
an secundum nouam? Respondendum est restituendu-  
mum esse secundum mensuram priorem: quia ex vi  
mutui tantumdem restitui debet quantum acceptum est,  
quod non seruaretur restituendo secundum mensuras fa-  
ctas minores.
- 183. QUINTVM DV BIVM EST.** An si pro tritico quod  
mutuauit ibi, non triticum, sed pecuniam restituta, de-  
beas restituere secundum aestimationem, quam triticum  
ipsum habuit tempore mutationis, an secundum eam,  
quam habet tempore solutionis? Respondendum est, ex  
lege Vinum ff. De reb. creditis, restituere debere secundum  
eam quam habet tempore solutionis. Ratio est, quia ex vi  
contractus reddi debebat triticum. Ergo cum solvatur  
pecunia loco tritici, necesse est, vt tanta solvatur pecu-  
nia summa, quanti aestimatur triticum: cum ad hoc sol-  
vatur, vt mutuans possit, sive libet, tantam tritici quantita-  
tem emere quam mutuauit. Pretij vero quod valuit  
tempore mutationis, non habetur ratio: quia ex mutu  
obligato tantum est reddendi & que bonum in substanci-  
& careris intrinsecis: pretium autem extrinsecus est  
rebus, adueniens ipsius ex hominum aestimatione. Et con-  
firmatur, quia mille aurei quos quis habet in arca dum  
minor est aestimatio, si postea aestimatio fiat maior,  
manentes iidem omnino in le, mutuantur in valore, qui  
proinde non promanant in eis ex ipsorum interna perfec-  
tione, sed eis extrinsecus aduenient, ex hominum scilicet noua  
aestimatione.
- Ex quibus sequitur, quod si anno superiore tibi mutuo  
dederim triticum, tunc valens 10. aureos: nunc autem  
tantumdem habere possum pro quinque; sequitur, in-  
quam, te satisfacere mihi, si quinque solvas, quando con-  
sentio solutionem mihi fieri in pecunia. Et è contrario, si  
dedi tibi valens tantum quinque, & tempore solutionis  
valer decem; ex quibus possum, si velim, tantumdem tritici  
emere.
- Si queras, an aestimatio rei mutuata, vt tritici, sit tem-  
pore solutionis censenda tanta, quanta est in loco vbi  
mutuum solvitur, an quanti aestimatur triticum in loco  
vbi mutuum acceptum est? Responderetur, si inicio inter  
contrahentes conuenit, vt mutuum certo loco reddere-  
tur, soluendum esse secundum eam aestimationem, quam  
in eodem loco tale triticum habet tempore solutionis. Si  
vero de loco nihil conuenierint, soluendum esse pecu-  
niæ, quanti aestimatur triticum in loco vbi repetitum  
est, ex supra citata lege Vinum.
- Si rursus queras, an solvi debet quanti aestimatur tri-  
ticum tempore quo redditur, an quanti aestimatur cum  
repetitum est à mutuante? Respondeatur, in soto con-  
scientia solui debere quanti aestimatur, cum mutuans pe-  
cipiat triticum sibi debitum. Nam mutuarius non solvens,  
incipit eo tempore esse in mora.
- 184. SEXTVM DV BIVM EST.** In qua mensura, ponde-  
re, aut numero, mutui restitutio fieri debeat, quando  
precium mutatum est. Exemplum sit, si mutuo dederim  
decem modios tritici, valentes singulos triginta alies, pos-  
sumus nunc quindecim modios recipere in solutionem,  
quando singuli valent tantum viginti alies. Ad quod Sol-  
tus lib. 6. de insl. & iure quest. 1. art. 2. responderit siue pretium  
maneat idem, siue diuersum, mutuum reddendum esse in  
eadem quantitate naturali, eiusdem qualitat, atque boni-  
tatis, cuius fuit datum: ita ut si decem accepit mu-  
tuo, teneatur tantum reddere decem eiusdem bonitatis.  
Quam responsionem Nauar, in Euchir cap. 17. nu. 242 ap-  
probavit Petrus vero à Nauar. lib. 3. de refit. cap. 2. nu. 25. &  
aliquot sequent. eam reicit, quia vt in carceris contractibus,  
sic & in mutuo valor (cui, non autem substantia rei, con-  
uenit mensuram esse ciuilem) attendi debet, ad hoc, vt  
nulla iniustitia committatur, sed proportio feruerit red-  
dendo aequaliter pro aequali. Sic enim licet vinum sit in  
quale oleo in substantia, aut quantitate, si tamen aequaliter  
fit in valore, dum in solutionem non in iusto mutuatore  
datur, nulla iniustitia committitur. Potest vero committi,  
si accepta quantitate tritici quindecim aureorum, pa-  
rem in mensura & bonitate restituta, quando valer tantu-  
decem aureos. Nam id perinde esse potest, ac si acceptis  
mutuo à me 15. aureis, quos potui ex meo tritico mihi co-  
ficere, tantu restitus decem. Quandoquid non possum  
plures ex tritico restituere habere. Accedit quod ex comuni  
Doctorum consensu iniusti sit obligare mutuariam,  
vt rem quæ modo parvo pretio venit, non reddat nisi te-  
pore quo plures aestimabitur; quæ iniustitia non continge-  
ret, si in mutuo, ex substantia rei mutuata, non aut ex il-  
lius valore, attendenda effici aequalitas: quia ex eo, quod  
valor rei augatur, non desinit esse aequalitas in substantia.
- Pro resolutione dicendum est. Primo, si tempus non  
statuatur solutioni facienda in eadem specie, mutuarem  
posse exigere mutuum, quando frumentum, oleum,  
vinum, numisma, &c. vider plus valere, nisi mutuariam  
prius solvere volentem impediatur. Ratio est, quia tales da-  
minum mutuarius ipse sibi imputare debet, quod ante  
non soluerit, cum id liberum ei esset. Qua ratiōne in rei  
non contra iniustiam peccatur peccato concusso, at  
certe contra liberalitatem, peccato avaritiae; aut contra  
charitatem, peccato inhumanitatis peccati potest. Id  
quod ex circumstantiis, maxime personarum, & temporis, ac  
loci, erit dijudicandum.
- Dicendum est secundo, si solutioni certum tempus sta-  
tuatur, & aequum dubium sitnum triticum, vinum, oleum, aut  
auralium eiusmodi quod mutuo datur, plus, an vero mi-  
nus valitum sit tempore solutionis, quam aestimetur  
tempore mutationis; pacatum fieri posse, vt tantumdem  
reddatur in eadem specie, ponderis, vel mensura, quam  
datur. Ratio est, quia nulla in eo comitetur iniustia: cum  
sic mutuarius exponat se periculo soluendi aliquid  
supra fortis, sic etiam mutuator exponat se paro periculo  
perdidendi aliquid de forte. Atque hac ratione procedere  
potest sententia Sotii, in solutione mutui non esse haben-  
dam rationem pretij, sed substantia rei mutuata: vt scilicet  
tam bona, in pari pondere, numero, vel mensura red-  
datur, quam accepta est, siue plus, siue minus valeat.
- Dicendum est tertio, si frumentum, vinum, oleum, aut  
aliud eiusmodi cum mutuo datur, sciatur tempore solu-  
tionis futura plus valitum, vt oportere distinctione.  
Etenim si mutuator tale suum frumentum, viuum, &c. erat  
seruaturus vsl; ad tempus illud quod solutioni praefigitur,  
non peccat petendo, vt tantumdem frumenti, viumi, &c. sibi  
in eadem specie, paris bonitatis, & mensuræ reddatur:  
dummodo tamen mutuarij non tollat libertatem ante  
soluendi, si voluerit. Ratio est, quia nihil plus habet ex  
mutuo, quam sine eo habuisset. Si vero non erat seruatu-  
rus, viuum committeret lucrum faciens ex mutuo, acci-  
piendo incrementum pretij, tritici, vini, &c. quod alias

non

non erat perceptus. Est enim communis Doctorum sententia, ut etiam tradit. Petrus à Nauar. loc. citato num. 264. quod usura committatur, siue pecuniam, siue valorem quemcumque pecuniam estimabilem accipiendo causa mutui: nec ab eo peccato excusat, qui in mutuo, rem pretij maioris, quam dedit, exigit ex obligatione. Secus vero, si ex amicitia tantum, ut in leque. cap. exponeatur. Hæc ita docent Med. in Cod. De rebus rebus, quest. 38. §. Est itaque Angelus usura. §. 36. Sylu. eodem verbo, quest. 14. Contra lib. 2. variarum reg. cap. 3. num. 6. sub finem: ad quos Petrus à Nauar. in præced. n. 262. præter Palud. & Scotum, adiungit Nauarrum, tanquam libimet contrarium in eod. cap. 17. num. 219. subscribit sententia Angeli.

**S E P T I M U M D V B I V M E S T.** An frumentum, vinum, &c. quando carius est, licite possim estimatum pretio currente, mutuare Caio, reddendum iuxta idem pretium? Ad quod respondendum est affirmative ex Sylvestro in sequenti quest. 16. imo ex omnium mente ad Cap. In ciuitate. De usura, prout habet Nauar. in sequenti num. 225. Et ratio est, quia tunc est venditio frumenti, vini, &c. pro pretio currente: facta gratia mutuariato, vt possit solutio nem differe. Aduerte vero, quod eti liceat cōtra cūtū venditionis, frumentum, vinum, &c. cum timeretur minus valetur, dare alteri solendum iuxta pretium prælens; non licere tamen contractu mutui, qui usurarius est, quando res aliqua traditur cum obligatione restituendi aliam maioris pretij, siue sit similiis in substantia, & quantitate, siue non: quod bene notat Petrus à Nauar. in præcedenti n. 258.

**O C T A V U M D V B I V M E S T.** An liceat frumentum, oleum, aut aliud eiatismodi vetus, mutuare, ut nouum redatur: Ad quod respōndendum est distinctione. Nam qui frumentum, vel oleum, &c. certo, aut probabiliter nouit futurum melius, & majoris pretij, committit usuram taliter mutuando; maxime, si mutuariato tollens libertatem solvendi quando voluerit, ipsum obligat restituendi nouum. Si autem mutuet, ne suum frumentum, vel oleum corrumptatur, & tale tanti nunc estimetur, quanti estimabuntur nouum tempore solutionis, nullam committit usuram. Ita docent Angelus usura. §. 74. & Sylu. eodem verbo quest. 17. Nauar. in Enchir. cap. 17. n. 224. Sotus in 6. De iust. & iure quest. 1. art. 2. Ratio autem est, quod in priori casu lucrum accipiat, nō item in posteriori. Quod enim mutuator in eo vitet damnum corruptionis sui frumenti, id sit sine iniuria mutuarij, qui non compellitur plus reddere quam accipiat, perinde ac si id ipsum factum esset sine iniuria emptoris, cui illud iusto pretio venditum fuerit. Quinimo, ut ibidem addit. Nauarrus, non esset usura, si frumentum quod statim venditorus eras mutuus ex gendo lucrum, quod es percepturus ex venditione; siquidem frumentum nouum verosimiliter minus valeturum est, quam valuerit ipsum vetus. Id enim non est plus exigere ratione mutui; sed ratione lucri celsantur, quod licetum est per tradita in præced. lib. 23. cap. 8.

**V I T I M U M D V B I V M E S T.** An si Titius habeat pecuniam, quam timerit in futuro minus valeturam, eo quod certo, aut probabiliter credat eius estimationē minuendam legē Principis, aut Communis statuto, an inquam possit licere eam mutuare Caio, reddendam in eo pretio quo tunc estimatur? Ad quod respondendum est, nō posso, si pecuniam ipsam erat seruaturus usque ad tempus talis diminutionis; quia usura committeret faciendo lucrum ex mutuo, seu plus habendo ratione mutui, quam sine eo habuisset. Si vero erat statim eam consumptus ante quam pretium minueretur, potest pretium curtem tempore mutationis exigere, ratione damni, quod aliqui ex mutatione ipsa sibi emerget. Nec refert secura non esset tanta valetura. Nam possim mutuare pecuniam equali pretio reddendam, quantumcumque esset aliqui apud me peritura: sicut possim iusto pretio rem meam vendere, quam certo seio, apud me manentem à latronibus surripientem. Nam quamvis sperate non liceat lucrum ex mutuo, licet tamen virare dannum, dummodo sine damno alterius fiat. Ita docent in verbo usura 1. Angelus §. 76. & Sylu. quest. 15. ac Tabiena quest. 9.

## C A P V T X I.

## De Mutuo in ordine ad usuram:

## S V M M A R I V M.

189. *Mutuans ad conciliandum sibi mutuatarii amicitiam, et iam si eam deducat in pactum, non committit usuram.*  
 190. *Dando mutuum ad consequendum Ecclesiasticum beneficium, committit tum simoniam, tum etiam usuram.*  
 191. *Quatenus usurarium sit mutuum dare exigerendo supra somum aliquid alia debitum.*  
 192. *Quando tale quid censetur illicitum, etiam si non sit usurarium.*  
 193. *Non est usurarium mutuo dare, ad redimendam vexationem iniuriam.*  
 194. *Est autem dare ad redimendam vexationem iniuriam.*  
 195. *Quod verum est, etiam quod penam que non debetur ante iudicis condemnationem.*  
 196. *De dubio, an usura committatur, cum quis alicui mutuat cum pacto, ut sibi remuneret: cuus pars affirmans est renderenda.*  
 197. *Quarantus possit nihilominus teneri pars negans.*  
 198. *Non esse illicitum dare mutuo pecuniam, adiecto pacto, ut mutuatarius alium contractum statim celebrat.*  
 199. *In quotam etenim canendum est, ne mutuatarii damnificetur, ac ne scandulum generetur.*  
 200. *Usurarium est matuum, quod datur adiecto pacto, ut mutuatarius teneatur venire ad molendum in mutuatoris molendino, &c.*  
 201. *Taliter mutuans, quatenus teneatur ad restitutionem.*  
 202. *Usura committatur dando mutuo Principi, adiecto pacto, quod concedet ei officium aliqui d' temporale.*  
 203. *Quatenus teneatur mutuans dimittere officium tali modo acceptum.*  
 204. *Usurarium est mutuare sub pignore cum pacto, quod fructus ex illi percepit, interim dum soluto non sit, cedant in commodum mutuantis.*  
 205. *Obligatio ad restitutionem inde sequens.*  
 206. *Explicatio dubii, an qui dicuntur montes pietatis, sint liberi ab omni usura.*  
 207. *Sententia a dicentium esse liberos, est tenenda, & cur.*  
 208. *Solutio rationum in contrarium, cum aliquot additionis us.*  
 209. *Duo dubia de cunctis qui in subsidium pauperum ex contributione libi ciuium constitutur.*  
 210. *Quatenus usura sit, vel non sit contractus ille quo Principi, aut Reip. mutuo datur ea lege, ut aliquid ex illius redditibus accipiatur quaternus.*  
 211. *Quando usura sit, aut non sit contractus asecuracionis a mutuariario celebratus cum mutuatore.*  
 212. *Quonodo intelligendum sit Cap. Nariganti, De usura.*

**V S U R A** ex peccatum in mutuo tantum per se continere, & in ceteris contractibus non nisi ratione mutui, fatis constat ex præcedenti lib. 23. cap. 4. & aliquot sequentibus. Vnde etiam sufficenter intelligitur generalis ratio iudicandi, quando in eodem illa contingat: sed quia descendendo ad particularia, tale quid pecuniam habet difficultatem in nonnullis casibus; non est abs recte hic ei occurrere aliquot dubiorum explanatione.

**D V B I V M I G I T V R P R I M U M E S T.** An si quis alteri ad hoc mutuet, ut sibi sit amicus, mutuū sit usurarium? Ad quod respondendum est neg. tue: quoniam amicitia non est pecunia estimabilis, que tradidum esse requireretur ad rationem usura, iuxtaea que circa illius definitionem dicta sunt in memorato cap. 4. Atq; Doctores communiter ita tenent, & satis expelle indicavit D. Thom. 2. q. 78. art. 2. Neque refert quod ( ut in comment. De usura. n. 6. & in Enchir. cap. 17. n. 207. Nauar. h[ab]et) omnis vir probus bonorum amicitiam pluris, quam aliquam pecunia quantitatē estimaret, imo illam pretio emeret. Sciendum enim est, nō ideo negari amicitiam pecunia estimabilem esse, quod non sit pretiosior quam pecunia; sed quod sapientia natura, nec vendatur, nec ematur, consistatque in voluntate, quæ non cogitur, sed libero suo arbitrio, prout liberum est, affectum ciuili modi elicere, aut cohibere.